T.c.80. stus. Sic. n. lapis cū in aqua pijciᵗ causat circulos: g si in
ueniāt obstaculū reflectunᵗ. sic cū aliqd corp⁹ solidū p
cutiᵗ ad aliud corp⁹ in aere fiūt circuli q ꝯtinue multi
Cō.78. plicanᵗ ꝛ si circuli illi inueniāt obstaculū reflectūᵗ. Ac
cidit ergo in illis circulis sicut in pila piecta q̄ si inuenit
at obstaculū retrocedēs reflectiᵗ. sonus ergo cātus ex re
flexione dᵗ echon. quo pmisso pbaᵗ ꝯ. ita ē de sono sicut
de lumine: sʒ lumē nō multiplicaᵗ sine reflexiōe lʒ illa
reflexio nō sit semp manifesta. ergo. pʒ ꝯn̄a cū maiori a
sufficiēti similitudine. minor vero patet: q2 dato opposi
to non cōtingeret aliquid videre in vmbra.

p^m **Cōtra** predicta arguiᵗ. ꝛ p. ꝙ sonus nō fundaᵗ i mo
tu: q2 tūc eēt res successiua. ꝛ sic nunq̄ʒ audire
tur: q2 nec ps pterita nec pars futura: cū nulla illaꝝ sit.
Deinde si sonus eēt res successiua: ergo ptes ei⁹ copulāᵗ
ad aliquē terminū cōez g nō vr̄ eē nisi muta^m eē qd ter
minat partes mot⁹. ꝛ per ꝯn̄s son⁹ ē motus: qd est falsuʒ:
2^m q2 sonus ē sensibilis ppriū ꝛ motus sēsibile cōe. ⁋ 2° ar
guiᵗ. ꝙ corpora se pcutiētia nō p se audiunᵗ: q2 pducti
uū coloris nō p se sentiᵗ a visu. ergo pariformiter nec p
ductiuū soni. pʒ ꝯn̄a a sufficiēti silitudine ꝛ an̄s est no^m.
⁋ Et ꝯfirmaᵗ. nā corpa quiescētia nō audiunᵗ: sʒ post
pcussionē aliqn̄ gescūt corpa dura sono adhuc exn̄te in
aere. ergo spēs soni illa nō repn̄tat. ꝛ per ꝯsequens non
3^m auditur. ⁋ 3° arguiᵗ. ꝙ corpa mollia causant sonū: q2
pann⁹ tā laneus q̄ʒ line⁹ ē corp⁹ molle ꝛ causat sonū i sci
sura ei⁹. silr̄ aer fract⁹ a v̈ga pducit sonū. Etiā exalatōes
i aere se pcutiētes ꝛ i nube illā frāgētes ex ipetu igneo:
4^m sʒ certū ē ꝙ illa nō sūt corpa dura. ergo. ⁋ 4° arguiᵗ. ꝙ
nō gnāᵗ echō ex reflexione soni. q2 tūc semp echō eēt so
nus remissior q̄ʒ sonus pmari⁹. ꝯn̄s ē ꝯ expientiam. ꝛ pʒ
ꝯn̄a: q2 circulatōes ꝯtinue sūt debiliores ꝛ remissiores.

Ad p^m **Ad primū** dicitᵗ. ꝙ sonus ē res successiua. ꝛ lʒ nō sit ps pterita eius nec futura. tn̄ ille so
nus ē ꝛ audiᵗ: q2 ei⁹ sūt ifinite ptes pn̄tes ꝯposite ex pti
bus pteritis ꝛ futuris. Et tūc cū q̄riᵗ de termino copulā
te illas ptes: rn̄deᵗ ꝙ sicut muta^m eē copulat ptes mot⁹.
Ad 2^m ita sonatū eē copulat ptes soni. ⁋ Ad 2^m negaᵗ ꝯn̄a: q2 p
ductiuū coloris nec i toto nec i pte actiue ꝯcurrit ad vi
siōez: sʒ corpora se pcutiētia actiue ꝯcurrūt ad auditio
nē nec obstat si nō q̄libet ps spēi pduciᵗ a pcutiētib⁹: q2
in successiuis pducēs vnā ptē pducit totū cathegoreu
matice. Et ad cōfirmationē dᵗ. ꝙ sic son⁹ ꝯtinue genera
tur ꝛ continue corrūpitur sm̄ aliquā ptem: ita spēs ꝛ si
militudo illi⁹. ideo quādiu durat spēs soni sm̄ aliquam
ptez cātā a pcutiēte tādiu repn̄tat pcutiēs. deficiēte aūt
pte spēi cāta a pcutiēte spēs soni nō ampli⁹ representat
illud: nō obstante ꝙ in medio sit sonus originatus me
diate vel imediate a pcutiente: ꝛ ita siue moueatur siue
nō moueaᵗ pcutiēs: dūmō i me⁹ sit spēs soni ab eo cāta
Ad 3^m ab eo dᵗ audiri. ⁋ Ad 3^m dᵗ. ꝙ pcussiōe moderata n̄ cāᵗ
son⁹ nisi a corpibus duris. percussiōe multū forti ꝛ velo
ci cātur son⁹ a corpib⁹ q̄rū vnū ē duꝝ ꝛ reliquū nō durū
vt ex virga ꝛ aere: percussione āt imoderata ꝛ multū di
stractiua nō reqriᵗ corp⁹ durū nec ēt molle sʒ raꝝ ꝛ dē
sū vt ꝯtigit i vētis ꝛ tonitruis. mō Arl. locutus ē de pcus
sione moderata: dᵗ tn̄ ꝙ aer non ē corp⁹ molle nec duꝝ:
ꝛ ꝙ in cātiōe soni fci a v̈ga aut pēna i tactu chordaꝝ aut
i scissura pānoꝝ nō ꝯcurrit aliqd illoꝝ nisi per accn̄s. eo
Ad 4^m ꝙ son⁹ fit pp ꝯcursū partiū aeris ne fiat vacuum. ⁋ Ad
4^m negaᵗ ꝯn̄a: q2 v̈tute obstaculi repellētis pōt cāri ita
fortis son⁹ scdarius sic pmari⁹ nō obstante ꝙ circulatio
nes sint remissiores. pōt tn̄ dici ꝙ lʒ circulationes tā p
marij q̄ʒ scdarij sint ꝯti⁹ debiliores: tn̄ circulationes pri
me soni scdarij sūt fortiores q̄ʒ circulationes vltime so
ni pmarij. ꝛ hoc ratione obstaculi. q̄re ꝛc. Capl'm. XV.

Intellecta gnātione soni ꝯñter de eius multiplicatione p
mediū ꝛ in medio ē dicēdū. ⁋ Ubi notā
p^m T.c.86. dū. p sʒ phʒ 2° de aia. ꝙ noīa sonoꝝ sumū
tur metaphorice a noibus tangibiliū. nā
sic in tāgibilib⁹ illud dᵗ acutū qd i modi
co tpe multū mouet sensū tact⁹: ꝛ illd dᵗ
graue qd in multo tpe paꝝ mouet eūdē sensū. ita l sono
ille dᵗ acutus g in modico tpe multū mouet auditū. ꝛ il
le dᵗ grauis g in multo tpe paꝝ mouet eumdē sensum ꝛ

pter istaz causam accidit. dicit phs: q acutū est velox
2ᵐ valde ⁊ hebes vl graue tardū. ¶ 2ᵒ notādū. q sicut cor
pus lucidū vl luminosū ad maiorē distātiaz pducit spe
ciem q̄ lumen: qꝛ lucidū videtur oculo existēte in tene
bris: ita corpora se inuicem percutientia gnānt sonū in
tentiōalē ad maiorē distātiā q̄ realē: qꝛ ad soni itētōalis
multiplicatōem non solū pcutien⁹ ꝯcurrūt: sꝫ ēt sonus lꝫ
son⁹ p̄ p se. pcutien⁹ āt p se nō p̄. Cū aūt quodlꝫ multipli
cati^m silitudinis sue multiplicat illā extra se sequit sonū
itētionalē ad maiorē distātiā mltiplicari q̄ sonū realē.
p̄ᵃ ꝯ **His intellectis** sit hec p̄ᵃ ꝯ. son⁹ multiplicat in
me⁹ tā realiter q̄ intentionali
ter. pma ps pꝫ. naz son⁹ ē subiectiue i aere. vt patuit ex i
T.c.79. tētōe Ari. 2ᵒ de aīa. ⁊ son⁹ ē sensibile ppriū sm ipꝫ. ergo
realr multiplicat. 2ᵒ vero ps pꝫ ex 2ᵒ notabili ex quo ad
maiorē distātiā multiplicat son⁹ itētōalis q̄ realis. Itē
pma ps soni audit p totā distātiā. g̊ p totā illā ē son⁹ in
tentōalis: qꝛ p totā illā nō est son⁹ ille realis. aliter pma
2ᵃ ꝯ ps soni coextēderet 2ᵉ pti eiusdē: qd ē falsū. ¶ 2ᵃ ꝯ. non
oꝫ sonū realē: sꝫ sonū itentōalē vsq ad auditū multipli
cari. Prima ps pꝫ: qꝛ aliter aliqd moueret motibus ꝯ
triis: dato q sor. ⁊ plato ex opposito eq̄ velociter ⁊ eq̄ for
titer clamarēt ⁊ inciperent eq̄ p̄ vl saltē se iuicē duo corpa
penetrarēt. vꝫ. aer missus a sor. ad auditū platonis: ⁊ aer
missus a platone ad auditū sor. 2ᵃ vo ps ē de se nota. qm
auditus nō audiret nisi forte reciperet spēz soni ⁊ ꝯsequēter vl
Cō. 76. q̄ ad ipm multiplicaret. vn̄ cōmentator 2ᵒ de aīa. dicit
q aīalia existētia in aqua audiūt sonū nō p multiplicatio
3ᵃ ꝯ nē ei⁹ in aqua: sed in aere. quare. ¶ 3ᵃ ꝯ. son⁹ realis nō su
bito: sꝫ successiue multiplicatur in medio: pꝫ. qꝛ depēdet
T.c.78. a motu tā in fieri q̄ in fcō eē. 2ᵒ de aīa: sꝫ mot⁹ successiue
T.c.6. fit. 3ᵒ phy. si. n. son⁹ subito fieret alicui⁹ rei successiue nō
T.c.52. eēt aliqua ps altera prior: qd ē ꝯ phm 6ᵒ phy. videm⁹. n.
⁊ ad expientiā sonū prius audiri ppe pcussū q̄ ifra sperā
multiplicatōis soni realis: qd nō eēt si multiplicaret ⁊
Cō. 78. subito. Est g̊ dicēdū q sicut circulatiōes aq̄ fiūt successi
ue ita circulatōes aeris in cāione soni: lꝫ nō ita tarde. ⁊
sic motus circulatōes ⁊ refractiōes aeris fiunt successi
4ᵃ ꝯ ue: ita sonus q fundat i illis. ¶ 4ᵃ ꝯ. sonus intētionalis
ē de se subito multiplicabilis. lꝫ p acciñs multiplicetur
successiue. pma ps pbat. nā spūalior entitas ē sonus in
tentionalis q̄ lumē: sꝫ lumē subito multiplicat: g̊ sonus
intētionalis. 2ᵃ ps ē nota. eo q rōne soni realis successi
ue multiplicati successiue multiplicatur sonus intentōa
lis. si. n. sonus realis posset habere eē pmanēs instātane
um sic color sonus intētionalis subito multiplicaret si
cut spēs colorū. lumē. n. de se ē subito multiplicabile: tñ
p acciñs pōt successiue multiplicari rōne corporis lumi
nosi successiue moti: ⁊ ita de sono est dicendum.
p̄ᵐ **Contra** predicta arguit ⁊ p̄. q sonus nō multiplicet in
aere realiter. qꝛ alr sequeret q sonus non
T.c.101. sentit p mediū extraneū: sꝫ intraneū: ꝯñs ꝯ phm 2ᵒ de
aīa. di. q solū gustabile ⁊ tangibile sentit p mediū intra
neū: pꝫ ꝯña dato q p totū mediū vsq ad auditū multi
2ᵐ plicet sonus realis. ¶ 2ᵒ arguit: q nec intentionaliter:
qꝛ silitudo nunq̄ ē in eodē subō cū illo cui⁹ ē silitudo: sꝫ
son⁹ itentōalis ē silitudo soni realis. g̊ nō ē in subō i quo
est son⁹ realis: sꝫ sonus realis ē i medio vsq ad auditū. g̊
ibi nō ē spēs ⁊ silitudo soni. ⁊ p ꝯñs i me⁹ cātur son⁹ realr
3ᵐ ⁊ nō intētiōalr. ¶ 3ᵒ arguit. q son⁹ realis subito multi
plicet: qꝛ q̄ p̄ est fractio aeri tā p̄ ē son⁹: sꝫ subito fit fra
ctio aeri. g̊ subito fit son⁹. pꝫ ꝯña cū pma pte añcedētis:
qꝛ son⁹ seqt fractionē aeri cāitaz a pcutiēte ⁊ pcusso: sed
2ᵃ pbat. q̄ p̄ ē pcussio pcutiētis ⁊ pcussi tā p̄ ē frac⁹: sꝫ su
bito ē pcussio sicut subito ē cōtact⁹ pcutiētis ⁊ pcussi. g̊.

¶ 4ᵒ arguit. q son⁹ intētionalis de necītate successiue 4ᵐ
multiplicet. qm ois qualitas extēsa ad extēsionē subi p
ducit successiue. son⁹ ē hmōi. g̊. maior pꝫ: qꝛ cuiuslibꝫ q̄lita
tis talis vna ps prius q̄ alia pducit ⁊ 2ᵃ similr: qꝛ nulla est
q̄litas aeris indiuisibilis: sꝫ q̄libet diuidit diuisiōe subi
Ad primū negat ꝯña: qꝛ son⁹ ille realis ⁊ si mul Ad p̄ᵐ
tiplicet vsq ad organū auditus illud
nō imutat realr sꝫ itētionalr so^m: ⁊ lꝫ aer cōnālis moue
ret in aduentu aeris elemētaris: nō pp h̄ in eo fit son⁹
realis: qꝛ nō qlibet mot⁹ sufficit ad causationē soni rea
lis. nec ē icōueniēs q sensibile posi^m supra orga^m sensus
sentiat sm ptem distātez: qꝛ sm ptem imediatā eēt im
possibile. ¶ Intelli^m. q si sonus multiplicet vsq ad au
ditū realr h̄ ē p acciñs p q̄to audiēs repit se infra sperā
multiplicatōis soni realis: qꝛ si foret extra sperā illā dū
mō eēt intra sperā soni intētionalis audiret eundē so^m ⁊
forte meli⁹. ¶ Ad 2ᵐ dr. q sonus intētionalis nunq̄ est Ad 2ᵐ
in eodē subō adequato cū suo sono reali. tñ cātur i codeꝫ
subō cui⁹ ē sonus realis. vbigra. diuidat aliqs sonus in
tria minima. ⁊ dico q pmū minimū imediate efficit a
corpibus sonantib⁹ i aliqua pte aeris. in qua nō pducit
sonus intētionalis illi⁹ minimi: sꝫ istud pmū minimū i
pte imediate sequēte simul cū pcutiēte pducit 2ᵐ mini
mū ⁊ similē pmi minimi i eadē pte. Deinde 2ᵐ minimū
vna cū sono intentōali pmi minimi multiplicat 3ᵐ mi
nimū vna cū sono intētionali 2ⁱ minimi: vltimo vo ter
tiū minimū vna cū silitudine scdi minimi multiplicat
i aere seque⁹ sonū similē tertij minimi: ⁊ ita pꝫ q sonus
intētōalis nūq̄ ē adeq̄te in eodē subō cū suo sono reali:
sed semp ad maiorē distantiā multiplicatur. ¶ Ad 3ᵐ Ad 3ᵐ
ꝯcedit. q q̄ p̄ ē fractio aeris tā p̄ ē sonus. ⁊ nego q taꝫ p̄
sit fractio q̄ p̄ act⁹ ⁊ pcussio. pcutiēs. n. incipit tāgere ⁊
pcutere p pōnez de pñti: ⁊ icipit frāgere aerē p remotio
nē. ⁊ iō nō ē dicēdū q son⁹ aut aliqua ps eius fiat subito
aut in instāti sic nec motus. ⁊ lꝫ pcutiēs icipiat pducere
sonū p remotionē d pñti nō tñ sonus fit subito: qꝛ ex per
cussiōe vberanti ⁊ vberati null⁹ son⁹ icipit eē lꝫ incipi
et eē aliqs son⁹. ¶ Ad 4ᵐ dr. q q̄libet q̄litas intentiōa Ad 4ᵐ
lis ē indiuisibilis: nō p puatiōez ptiū: sꝫ p puatōez dimē
sionū. eo q hꝫ ptez ⁊ ptes: sꝫ nō ptez extra partem. sic. n.
spēs coloris est indiuisibilis i me⁹ ex quo i codeꝫ pūcto
videt q̄libꝫ ps faciei: ita ⁊ alioꝝ sensibiliū ppeioꝝ q̄libꝫ
spēs intentionalis. ¶ Ex pdictis seqt p̄. q sicut plures 1
pñt videre eūdē colorē ita pñt audire eūdē sonū nume
ro: ⁊ lꝫ sor. audiret aliquā ptez soni: quā nō audiret plato
⁊ eꝯtrā audiūt eūdē sonū. qꝛ q audit ptē audit totū: sic vi
dēs ptez vidit totū. ¶ 2ᵒ seqt. q nō eūdē colorez possu 2
mus videre ad oēz dñiaz pōnis: sꝫ bñ eūdeꝫ sonū. qꝛ cuꝫ
color sit qualitas fixa in subō nō reflectit. son⁹ aūt refle
ctit ad oēz dñiaz pōnis sicut lu^m teste phō 2ᵒ de anima. T.c.80
¶ 3ᵒ seqt q sicut hñti duos oculos nō appet videre ni 3
si vnū: ita hñti duas aures nō videt audire nisi vnū. qꝛ
vna spēs sensibilis numero ē i duob⁹ organis. Interdū
tñ ppter reflexiōeꝫ forte vel refractiōeꝫ soni. ideꝫ son⁹
pōt appere duo: sic idē coloratum q̄nq indicat plura ex
forti reflexiōe vl refractōe spēi visibilis in oculo repñ
tātis reꝫ vbi nō ē: vt ingt Ari. in libro de sensu ⁊ sensato
¶ 4ᵒ seqt q vbicūq pōt esse sonus realis pōt eē sonus 4
intentionalis: sꝫ nō ecōtra. nam i aqua ⁊ in igne pōt esse
sonus intentionalis: qꝛ aliter pisces non audirent in aq̄
nec hoies i igne: qd est ꝯ experientiā: tñ nec in igne nec i
aqua pōt esse sonus realis: qꝛ nō pñt habere motū q fit
cā soi ⁊ lꝫ ex magno ipetu aq̄ dscēdētis vl ignis ascēdēti
son⁹ causet realis. ille tñ ñ fūdat subiectiue i aq̄ vl i igne
sꝫ solū. in aere. ⁊ dato q in igne vel in aqua reperiatur

circulatõẽs vł refractõẽs:ille tñ nõ sũt apte nate subine
suscipere sonũ. Dicat̃ ğ φ in aere ẽ son⁹ realis τ inten/
tionalis:in aq̃ τ ĩ igne intẽtionalis solũ: in terra vo τ ĩ ce
T.c.52. lo nec intẽtiõalis nec realis:τ hoc ꝫ pħm τ cõmentato/
rem:q: platonici voluerũt in celo esse armoniam τ oẽs
consonãtias musicales. Capłm. XVI.

T.c.78. 79. p° Qualiter immutat̃ organum audi/
tus τ qd ẽ mediũ ꝓpũm
illi⁹ immutatõis iuxta doctrinã Ari.2° ð
ala seqt̃ iã igrere. ⁋ Notãdũ p̃.φ orga
nũ audit⁹ ẽ illa ps p quã aia audit extis l
tra aurẽ ꝓpe cerebrũ q̃ dicit̃ aer ꝯnãlis:
q: ꝓducit̃ ex ꝑncipijs idiuidui τ absq;
illo po⁹ auditiua imutari nõ põt.ex quo seqt̃ φ illa carti
lago reflexa extra caput apparẽs nõ ẽ audit⁹.qm̃ illa ab/
scisa a capite adhuc fieret auditio:ꝫ ẽ solũ regula τ mẽsu
ra bñ τ regulariter audiẽdi.ꝯcauitates aũt τ eminẽtias
τ nõ aures planas facit nã ad ꝓseruatõez organi audit⁹
ne nociua subito ad ipm organũ audit⁹ ꝑuenirẽt. Jõ ca/
uẽdũ est a subĩtroitu frigidi aerł seu a nimia refractiõe
aeris l sono:q: talia bñt corrũpere sensũ audit⁹.silr τ la/
pilli ac terra si subintrãt attigẽtes pelliculã auditus ꝑꝑ
2° subtilitatẽ corrũperẽt τ ꝑiret organũ audit⁹. ⁋ 2° notã
dũ φ audit⁹ hꝫ duplicẽ aerẽ ꝯnãlẽ τ itrĩsecũ. s.organicũ
τ nõ organicũ. Aer organic⁹ claudit̃ pellicula auditus:τ
nõ organic⁹ ꝯiũgit̃ illi vt coopimẽtũ ei⁹.sic.n.ocuł⁹ q dr̃
organũ visus idiget supcilijs vt fũdamento τ palpebris
vt coopimẽto ꝓhibẽte a nociuis sic aer inclusus l pelli/
cula ẽ organũ audit⁹ τ idiget aure vt fũdamẽto.deinde
vt coopimẽto ꝓhibẽte a nociuis idiget alio aere ꝯnãli
q nõ hꝫ pelliculã:ꝫ ꝯtinuat̃ cũ alio aere. Arist.ñ sepe su
mit vnũ p reliquo ex quo qlibet coꝶ ẽ nãlis τ itrĩsecus.

p° 3 T.c.78. 7.79.7. 81. His visis pono quatuoꝛ ꝯ̃nes Ari.2° de ala. quaꝶ
pma ẽ ista.mediũ aereũ ẽ recte τ ꝓprie
mediũ audiẽdi sonũ.ꝓbat̃. Jllud ẽ recte τ ꝓprie medi/
um audiẽdi sonũ qd ẽ natũ moueri vnũ τ ꝯtinuũ a ꝑcu/
tiẽte vsq; ad audiẽdũ:ꝫ mediũ aereũ ẽ hmõ.ğ.p̃° ps ꝑꝫ:eo
φ vn⁹ τ ꝯtinu⁹ son⁹ nõ fit nisi in vno medio moto vsus
auditũ.2ª ps ẽ clara dato φ sup corp⁹ planũ fiat vna per
cussio:tũc ad illã ꝑcussionẽ seqt̃ solũ vna refractio cũ
ꝯtinuitate τ vnitate aeris. Ex ista ꝯ̃ne infert Ari.p̃.φ
T.c.81. nisi ꝑcutiat̃ corp⁹ planũ nõ causat̃ son⁹ vn⁹ τ ꝯtinu⁹:q: si
ꝑcussũ fuerit asperũ sic φ vna ps supemineat alteri cũ
aer sit leuiter frãgibilis franget̃ ĩ multas ꝑtes:ita φ in
q̃libꝫ illaꝶ ꝯcauitatũ fiet vna fractio nõ ꝯtinua cũ alia
ꝓpter eminẽtiã alicui⁹ ꝑticule corpis mediãtis inter il
las ꝯcauitates:ꝫ son⁹ seqt̃ fractõez aerł.ğ sonus nõ erit
Cõ.81. vn⁹ τ ꝯtinn⁹ sic nec ille fractões.vñ ꝯmẽtatoꝛ ibidẽ:si il
lud qd ꝑcutit̃ ẽ lene tũc fit vna ꝑcussio cũ a tali supficie
expellat̃ equalr̃ aer τ nõ ꝑus vna ps q̃ alia:ꝫ supficies
si sit aspa nõ fit talis vna ꝑcussio:q: nõ eq̃lr̃ expellit̃ aer
T.c.82. ab illa supficie.iõ nõ causat̃ vn⁹ son⁹. 2° infert Ari.il
lud eẽ bñ sonatiuũ qd ẽ moti^m vnius τ ꝯtinui aerł vsq;
ad auditũ:q: son⁹ vnus τ ꝯtinu⁹ meli⁹ audit̃ q̃ diuisus
τ discõtinu⁹:ꝫ qñ me^m ad auditũ ẽ vnũ τ ꝯtinuũ. tũc so
nus ẽ vnus τ ꝯtinu⁹:q: vnitas τ ꝯtinuitas accñtł est ex
vnitate τ ꝯtinuitate subi.ğ.vñ ꝯmẽtatoꝛ.p aerẽ ꝯtinuũ
Cõ.82. τ vnũ phs nõ intelligit φ sit vna ps distîcta ab alia siue
ab alijs ꝑtibus mota vsq; ad auditũ:ꝫ intelligit p vnũ
vnã ꝯtinuitatẽ mot⁹. ⁋ 2ª ꝯ̃.audit⁹ hꝫ aerẽ ꝯnãlẽ rece/
2° 3 ptiuũ soni:ꝑꝫ:q: sicut visus hꝫ p orga° hũidũ aqueũ:ita
audit⁹ videt̃ hẽre p organo humidũ aereũ. Ex ista ꝯ̃/
T.c.83. ne infert phs φ nõ ĩ q̃libet ꝑte alalis ꝑt fieri auditio sic
82. nec in q̃libet ꝑte illi⁹ ꝑt fieri visio:q: nõ ĩ q̃libet ꝑte aia
lis ẽ aer ꝯnãlis sic nec in q̃libꝫ ꝑte ei⁹ ẽ hũidũ glaciale.

⁋ 3ª ꝯ̃.aer ꝯnãlis auditui dꝫ eẽ imobilis.ꝓbat̃.naz aer 3ª ꝯ̃
elemẽtalis ñ hꝫ sonũ de se vt possit recipe oẽs sonos.ğ.p
idẽ aer ꝯnãlis organicus nõ hꝫ de se motũ aliquẽ vt oẽs
drĩas mot⁹ possit recipe.si.n.de se hẽret aliquẽ motũ nõ
discerneret illi⁹ drĩaz.vñ ꝯmẽtatoꝛ.aer posit⁹ ĩ auribus Cõ.83.
excedit aerẽ extrĩsecũ in qete. ⁋ Inte^m φ phs τ ꝯmẽta T.c.83.
toꝛ nõ itelligit aerẽ ꝯnãlez nullo⁹ moueri.qm̃ mouet̃ p
accñs ad motũ toti⁹ τ motu ꝓprio suo⁹ nobis ignoto q
dr̃ motus delatõis:ꝫ nõ mouet̃ ad oẽs drĩas sonũ sicut
aer extrĩsecus.ꝓpriũ ğ motũ nõ ꝑcipit:ꝫ bñ oẽs extrĩse/
cos: τ dicit ꝯmẽtatoꝛ φ iste aer ẽ silis mẽbro ꝓprio ex q̃ Cõ.83.
seqt̃ φ aer ꝯnãlis ẽ mẽbrũ alalis τ vẽ aiatũ sicut ocul⁹.
⁋ 4ª ꝯ̃.ꝑter aerẽ organicũ opꝫ dare aliũ edificatũ ĩ au 4ª ꝯ̃
ribus:ꝑꝫ:q: extis totalr̃ in aq̃ audit:sed aq̃ nõ attigit ae/
rẽ organicũ ꝓpter disproportõez:imo corrũperet pelli/ T.c.84
culã ꝓpter suã subtilitatẽ.ergo opꝫ dare aerẽ interme^m
aq̃ τ aeri organico. Alia expientia ẽ de sono fcõ ad mo/
dũ cornu si obstruat̃ aurł.q fieri ñ ꝑt ĩ aere organico: q:
ille ñ recipit sonũ realẽ.ergo ĩ aere copulato illi. H.n.aer
extis ĩ aure ꝯtinue mouet̃ q̃si mõ fluxus τ refluxus ꝑ/
ter motũ aeris ꝯnãlis organici.iõ cũ reperit aliqd duꝶ
vł dẽsum ꝑcutit in illo τ causat̃ sonus ꝫ surdus.vñ com Cõ.84.
mẽtatoꝛ ibidẽ.sicut per introitũ aque sup aerẽ copulatũ
τ organicũ destruitur auditus.ita p introitũ aerł extrin
seci:qd nõ ẽ intelli^m de quolibet aere:ꝫ solũ forti τ veni
ente cũ impetu.τ hinc ẽ φ magni soni destruũt auditũ.
Ex isto seqt̃.φ pisces hñt duplicẽ aerẽ necẽꝫ ad audiẽ/
dũ.s.organicũ τ nõ organicũ.q: alr̃ aqua tãgeret aerẽ or
ganicum τ corrumperet ipsum ꝫm phm.τc̃.

Contra predicta arguit̃.τ pmo.ꝓbãdo φ organũ p̃^m
auditus nõ ẽ de nã aeris.p̃.q: ẽ de nã aq̃:
ꝓbat̃.nã po^a τ obm̃ debẽt iuicẽ ꝓportionari ĩ eadez nã:
sed obꝫ audit⁹ ẽ de nã aque.ergo.maioꝛ ꝑꝫ:q: po^a τ obꝫ
debẽt inuicẽ ꝓportionari ꝫ ꝯmẽtatorẽ 3° de ala.minoꝛ Cõ.59.
vo declarat̃ auctẽ alberti in suis mineralibus di.φ ea q̃
sũt de nã aque sunt bñ sonabilia τ bñ audibilia vt metal
la.Ce.n.sint õ nã aque.ꝑꝫ:q: sũt liq̃factibilia. ⁋ 2° argui 2^m
tur sic. organũ auditus ẽ ꝓpe cerebrũ.ergo nõ est de nã
aeris. ꝓbat̃ ꝯña:q: si eẽt de nã aeris tũc eẽt calidũ:τ cũ
cerebrũ sit frigidũ ꝫm phm in libro de sensu τ sensato.
tũc organũ audit⁹ corrũpet̃ a frigiditate cerebri vł eꝯ̃:
qd ẽ falsũ. ⁋ 3° seqt̃ φ totũ elemẽtũ aeris ẽ aiatũ.ꝯñs ẽ 3^m
ꝯ̃ phm 2° de aia.ꝓbat̃ ꝯña.nã qlibet aer ꝯnãlis auditui T.c.6.
est eiusdẽ spẽi cũ aere elemẽtari. p̃ de aia:ꝫ aer ꝯnãlis
auditui ẽ aiat⁹: q: ẽ ps subalis corpis aiati cũ sit organũ T.c.88.
po^e vitalis.ergo. ⁋ 4° seqt̃.φ auditus ẽ po^a nobilioꝛ vi 4^m
su.ꝯñs ẽ ꝯ̃ ꝯmẽtatorẽ 2° de aia.τ ꝓbat̃ ꝯña:q: illa poten Cõ.77.
tia est nobilioꝛ q̃ hꝫ nobili⁹ organũ:ꝫ potẽtia auditiua
hꝫ nobilius organũ q̃ visiua.eo φ organũ auditus ẽ ae/
reum:τ organũ visus aqueũ ꝫm Ari.ĩ libro de sensu τ sẽ
sato.mõ aer est nobilioꝛ aqua.pmo de generatione.

Ad primuz dicit̃ φ in corpibus sonorosis sub/ Ad p̃^m
stãtialr̃ ꝯsideratis dñatur aqua: ꝫ
in eis vt sonorosa sũt dñat̃ aer.aerea.n.bñ sonãt τ q̃ ma
gis aerea cũ alijs debitis dispositionibus requisitis me
lius sonant.metalla.n.que sunt aquea peius sonant q̃ q̃
sunt aerea:τ que sũt minus aerea minus bene sonãt. vñ
stannuz τ plumbum male sonant:sed argentum τ es me
lius. ⁋ Ad 2^m rñdetur.φ licet cerebrum dicat̃ frigidũ Ad 2^m
nõ tñ est frigidũ simplr̃. immo calidũ: sed dicitur frigi/
dũ respectiue respectu cordis:q: coꝛ est intense calidũ τ
cerebrum remisse. vnde caliditas organi auditus non ẽ
multum intensa:sed remissa: τ ex hoc cum humiditate
proportionabili facit complexionem aeream. ⁋ Ad 3^m Ad 3^m
negatur ꝯña:q: aer ꝯnaturalis non est eiusdem speciei

cuȝ aere elemētari:cū vnū sit mixtum ⁊ aliud elemētū:
⁊ vnū sit aiatū corp⁹ ⁊ aliḋ inaiatū.si aūt Ari.ꝯmētator.
⁊ albertus organū auditus vocauerūt aerē hoc fuit solū
Ad 4ᵐ rōne ꝯueniētie.℄ Ad 4ᵐ negaꝭ ꝯña.nā lȝ ꝯplexio aerea
in ꝓprio elemēto sit nobilior aquea:non tñ i mixto.qm̄
spūs dꝭ de nā aeris ⁊ sanguis de nā aque:⁊ tñ ē nobilior
sanguis q̄ȝ spūs.vñ sicut duo diuersaꝝ spērū dicunꝭ eē
de nā eiusdē elemēti:vt auꝝ ⁊ plūbū de nā terre:⁊ tñ cō
positio vni⁹ ē nobilior ꝯpōne alteri⁹.ita duaꝝ diuersaꝝ
nārū illud qḋ ē de nā vilioris elementi ē ꝑfecti⁹ i ꝯpo-
Dubiuȝ ne.℄ Dubiū ꝯcurrit ḋ diuersitate sonoꝝ.vñ ꝯtigit.dicē
dū ꝙ in sono ꝑ consideraꝭ corp⁹ expellēs aerē:⁊ ſm hoc
corpa q̄ȝto sūt magis tremētia magis sonāt.nā sicꝭ chor
da quanto ē magis extensa ⁊ ꝑcussa magis tremit ⁊ dat
plures ict⁹ ⁊ tāto alti⁹ sonat:sic corpa magis tremētia ex
ꝑcussiōe fcā in eis faciūt plures ict⁹ ⁊ ꝯñter melius so
nāt:iḋ corpa accedētia ad nām aeris vt es ⁊ argentū me
lius sonant.q͛ sūt magis tremētia q̄ȝ accedē⁹ ad nāȝ ter
2 revt plūbū ⁊ stannū.℄ 2° ḋ sono ꝯsideraꝭ aer expulsus:
⁊ rōne hui⁹ oȝ corpa eē dura vt possint aerē expellere.hic
T.c.78 est ꝙ lana ⁊ pili nō faciūt sonū:q͛ pilus ꝑcutiēs non bñ
frāgit aerē.lana vō ꝑcussa nō bñ tenet euȝ nec facit ipm
3 cū violētia frāgi.℄ 3° in sono ꝯsideraꝭ mod⁹ expellen-
di aerē:⁊ rōne hḋ oȝ corpa sonātia eē regulata.ita ꝙ sint
plana vꝉ ꝯcaua non quocūq̄ȝ modo aer expulsus facit so
nū:sȝ oȝ aerē ꝑcussū resilire sicꝭ resilit pila ꝑcussa ad ter-
rā.iḋ q͛ i ꝯcauo melius ⁊ pluries resilit:iḋ cor⁹ ꝯcaua fa
ꝑ ciūt bonū sonū. Ex ꝑdictis habetur diuersitas sonoꝝ.ꝑ
ex diuersitate copuȝ expellē͂ᵐ aerē:q͛.n.nō oīa corpa eq̄
2 liter expellūt aerē.iḋ nō eq̄lē sonū ꝓducūt.2° ex diuersi
tate aeris expulsi.vñ aer magis expulsus ⁊ magis dēēt⁹ ⁊ ma
gis refract⁹ facit maiorē sonū.mō nō oīa sonabilia eq̄lr
3 frāgunt aerē. 3° ex diuersitate modi expellēdi aerē.nā
aer magis resiliēs maiorē causat sonū:lȝ nō oīa sonātia
faciāt aerē eq̄lr saltare ⁊ resilire.q̄re ⁊c̄. Cap. XVII.

De voce vero ⁊ locutōe que sūt par
tes subiectiue soni ad illi⁹
maiorē itelligētiā ē ꝯñter dicēdū.℄ Et
ꝑᵐ iḋ notādū ꝑ.ꝙ ad formatōem vocis sex i
strumētalr ꝯcurrūt.s.labia dētes pallatū
T.c.81. lingua gutꝭ ⁊ pulmo:quoꝝ quatuor ꝑma
sonū ad bñ eē ꝯcurrūt.Et alia duo sūt ne
cessaria itelligendo ꝑ guttur totalē canā pulmonis: vñ
sicut ad visū nō reqriꝭ necessario palpebra:q͛ sine illa
posset videri:nec ad odoratū nečio reqriꝭ nasus siue exi
giꝭ:q͛ sine illo possȝ odorari:nec ad auditū nečio exigiꝭ
auris:q͛ sine illa possȝ audiri.ita ad formatōeȝ vocis nō
nečio reqrunꝭ dētes labia lingua ⁊ pallatum:q͛ sine his
posset formari vox:sȝ solū ad bene eē vt vox distincte ⁊
dearticulate posset ꝓferri.ad locutōeȝ aūt vltra guttur
⁊ pulmonē sūt nečia lingua ⁊ pallatū.quo aūt ad bñ esse
ponūꝭ labia ⁊ dētes.Ita ꝙ ad vocē duo sūt nečia ⁊ qua
tuor ad bñ eē.ad locutōem aūt q̄tuor sūt nečia ⁊ duo ad
2ᵐ bñ eē.℄ 2° notādū.ꝙ sicut vox ē spēs soni ita locutio ē
spēs vocis.qm̄ sicꝭ vox sup addit sono refractōeȝ dearti-
culatā in cāna pulmonis.Ita locutio supaddit voci de-
articulationē figuratā in ligua.℄ Ex quo seqꝭ.ꝙ locu-
tio inē hoī magis ad placitum q̄ȝ nālr.qm̄ ē initiatiue a
nā inclināte hoīem ad locutionē ꝓpter expressionē suo-
rū ꝯceptuū.ꝯpletiue aūt ē ex inuētōe humana.vñ solet
dici ꝙ sicꝭ punire furē ē ex iure nāli:sed punire isto vel
isto° ē de iure positiuo.Ita loqui ē a nā:sed loq hoc ydeo
ma vel illud est ad placitum ex institutione humana.
ꝑ° ꝯ
T.c.88. His intellectis po° quatuor ꝯnes phi 2° ḋ aia
quaꝝ ꝑma est ista:vox ē ab aia

tāq̄ȝ a ꝑn° effectiuo.ꝓbaꝭ.illud qḋ est ꝓpriū aiali est aia
vel fcm̄ ab aia:sed vox ē ꝓpriū aiali:ģ vox est ⁊c̄.ꝑ° ꝑs
arīs ē nota.2° vō declaraꝭ ex tribus ꝯditōib⁹ vocis que
nō cōpetūt ꝓprie nisi aiali.ꝑmū ē extēsio vt nō cito cor-
rūpaꝭ vox.2ᵐ ē melodia:q͛ in voce ē interpola⁹ cū aliq̄-
li ꝓportōe.3ᵐ ē distinctio locutōis.qm̄ ipa vox distigui-
tur ꝑ līas syllabas dictōes ⁊ orōnes.Et si hec tria dītur
eē i aliq̄s vt i tuba ⁊ i lira:hꝫ ē solū ꝑ q̄ȝdā silitudinē.So-
la ergo aialia ꝓꝑe vociferāt:alia vō solū methaphorice vo
ciferare dīꝭ.℄ 2° ꝯ.multa aialia tā hñtia q̄ȝ nō hñtia sā 2° ꝯ
guinē nō pñt hēre vocē.pȝ de piscibus tā hñtibus q̄ȝ nō T.c.87.
habentibus sanguinem.non.n.possunt habere vocē:q͛
nō pñt respirare:nec aerē attrahere ꝑꝑ defectū pulmo-
nis.Et si aliq̄s diceret ꝙ in flumine visi sūt pisces voci-
ferare.Rñdeꝭ ꝙ nō ꝓprie vociferāt:sȝ brāchis aereȝ ꝑ
cutiūt cāntes sonū ad silitudinē vocis.vñ ꝯmētator ibi- Cō.18.
dē.vox dꝭ eq̄uoce ḋ voce aialiū respirātiū ⁊ nō respirā⁹.
q͛ nō fiūt ab eisdē agētib⁹ nec ad eūdē finē.℄ 3° ꝯ.vox 3° ꝯ
est son⁹ soli⁹ aialis respirātis ꝑci° a pulmōe depēdēs.ꝑ° T.c.88.
ꝑs pȝ.q͛ sola aialia respirātia pñt attrahere ⁊ emittere
aerē.2° silr:q͛ sola aialia habētia pulmonē hñt vocē:sicꝭ
ēt illa solū respirāt.℄ Ex ista ꝯne infert phs ꝙ nā vtiꝭ
respiratōe ꝑꝑ duo.quoꝝ vnū ē nečiū.s.refrigera⁹ cordis:
⁊ aliud ꝓpter bñ eē.vȝ.vox.sicut ēt vtiꝭ lingua ꝓpter gu
stū:⁊ hꝫ ē nečium:⁊ ꝑꝑ locutionē:qḋ ē ad bñ eē.℄ 4° ꝯ. 4° ꝯ
organū vocis ⁊ respiratōis ē vocalis arteria.s.cana pul- T.c.89.
monis.pȝ.eo ꝙ finis arterie est pulmo.naȝ q͛ pulmo hȝ
caliditatē excessiuā ꝑꝑ ꝓpinquitatē ipius ad cor:fuit ne
cessariū ipm hēre cānā qua attraheret aerē ꝯtēperantē
caliditatē illā:⁊ ista cāna nō ē vniformis i oībus aialib⁹:
sicut nec vniformiter attrahiꝭ aer.aialia.n.gradien⁹:q͛
plus abūdāt in caliditate indigent maiori tēpamēto ⁊
maiori attractōe aeris.℄ Ex his infert diffinitionē vo T.c.90.
cis dicēs.vox est repercussio respirati aeris:facta ab aia
ad vocalē arteriā i determinatis partibus.primo dꝭ re-
percussio respirati aeris:q͛ non oīs sonus aialis est vox
etiā si illud aial fuerit respirans.nā strepitus peduȝ ⁊ ꝑ
cussio manuū ē sonus aialis respirantis:⁊ tñ nō est vox.
2° dꝭ.fcā ab aia intelligendo ſm ꝙ hḋ.ꝓpter tussim que 2
nō ē ab aia ſm ꝙ hḋ.cū fiat preter ymaginationē.oīs.n.
motus factus ab anima ſm ꝙ hḋ.fit mediante ymagina
tōe ⁊ appetitu.mō tussis cū non fiat ꝑ retentionē aeris ⁊
reuerberationē eiusdē in cana pulmonis nō debet dici
vox. 3° dꝭ.ad vocalē arteriā.s.ad canā pulmonis.eo ꝙ 3
aialia nō habentia pulmonem nō vociferant. 4° dꝭ.i 4
determinatis ꝑtibus:q͛ vox nō causaꝭ nisi i ꝑtibus exñ
tibus circa cor ⁊ pulmonem per fistulam ⁊ guttur.

Cōtra predicta arguiꝭ.⁊ ꝑ.ꝙ vox nō sit repcussio:q͛ ꝑᵐ
oīs repcussio ē motus:sȝ vox nō est motus.ģ.
maior pȝ:⁊ minor declaraꝭ:q͛ vox cū sit sonus est sensi-
bile ꝓprium ⁊ motus est sensibile cōe.℄ 2° arguiꝭ.ꝙ 2ᵐ
nō sit respirati aeris:q͛ tunc oīs vox foret diuisibilis:pȝ
ꝯña ex quo est q̄litas realis.ꝯñs falsū:q͛ tūc null⁹ posset
ꝓferre illā vocalē.a.qn ꝓferret ifinitas vocales.a.℄ 3° 3ᵐ
arguiꝭ.ꝙ nō sit sonus solius aialis q͛ expimentalr appa
ret spūs itrare cadauera ⁊ corpa mortuoꝝ faciētes vo
ces more hoīuȝ:immo sepe cum hoībus loquūtur.⁊ tñ
illa corpora non sunt aiata cum sint mortua. Item di-
cit albertus ꝙ vidit gallum quendā cantantem per ma
gnum tps post amputatōem capitis.certū est ꝙ tunc nō
erat animal.℄ 4° arguitur ꝙ vox nō est ab aia ſȝ yma 4ᵐ
ginationem ⁊ appetitū:q͛ aliqua vox non est significati
ua.s.illa vox hō.ꝓbaꝭ:q͛ nō nālr:cum nō repiātur idem
apud omnes homines:nec ēt ad placitū:q͛ tunc eēt vox
equiuoca significās homineȝ ⁊ seipam necessario diuer

lis rōnibus. Idē vr̄ eē de intētōe boetij in suis diuisiōi/
b⁹ dicētis: ꝙ vocū alia significatiua: alia nō significatiua
Ad p̄ᵐ **Ad primū** dicit̄ ꝙ duplex est diffinitio. s. ydēpti
ca vt aīal rōnale respectu hoīs ⁊ cā/
lis: vt accēsio sāguinis circa cor respectu ire. mō p̄dicta
diffinitio ē cālis cuius sensus ē ꝙ vox ē ex repcussiōe re
spirati aeris. Et ita vult phs ꝯcedēs ꝙ sonus ē mot⁹. i. so
Ad 2ᵐ nus ē ex motu. ¶ Ad 2ᵐ ꝯcedit̄ ꝙ in qualibet vocali in
actu sūt infinite vocales in potētia. ita ꝙ ꝑ sepationē a
toto fierent vocales in actu: sꝫ nulli⁹ vocalis aliqua ps
ē vocalis in actu: nec hꝫ figurā in actu nisi solū in potē/
tia. vn̄ ꝯcedo ꝙ quacūqꝫ vocali signata infinite sūt ptes
illi⁹. quaꝝ q̄libet ē vocalis in potētia: ⁊ infinite sūt ptes
q̄rū nulla ē vocalis ī actu vel in potētia. nā sicut q̄libet
a. hꝫ īfinitas ptes quarū q̄libet sepata a toto hēret figu
rā. a. Ita. a. hꝫ infinitas ptes quaꝝ nulla sepata a toto hē
Ad 3ᵐ ret figurā. a. ¶ Ad 3ᵐ dr̄. ꝙ spūs intrās corpa defuncto
rū nō vere cāt vocē nec locutōez: ex quo ibi nō opat̄ pul
T. c. 90. mo aut guttur. Et ad albertū ipse rn̄det ꝙ ipe cantus
galli fuit fcūs ꝑ dyafragma. i. ꝑ motū alaꝝ ⁊ nō ꝑ cānaꝫ
Ad 4ᵐ pulmonis. ¶ Ad 4ᵐ dr̄. ꝙ duplex ē significatio. s. nālis
q̄ ē ab intrinseco: ⁊ ad placitū: q̄ ē ab extrīseco. s. ꝑ ipōnē
⁊ sic ille termin⁹ hō vocalis signat hoīem: ⁊ circulus an̄
tabernā vinū. sꝫ significa⁹ nālis ē duplex. s. eēntialis. q̄
. s. res signat seipaꝫ. Et accn̄talis qua res signat aliqd ali
ud: vt significatio illi⁹ termini hō mētalis significatio
qua signat se ē nālis eēntialis ⁊ significatio eiusdē qua
signat hoiem: ē nālis accn̄talis. Silr̄ gemitus nāliter ⁊
eēntialr̄ signat se: ⁊ nāliter ⁊ accn̄taliter signat dolorē.
Dico ḡ ꝙ illa vox hō nāliter signat se: ⁊ h̄ significa⁹ ē ea
dē apud oēs: ⁊ ad placitū signat hoiem: ⁊ h̄ significatio
nō ē eadē apud oēs. Et cū dr̄ ꝙ h̄ vox hō ē equoca: nega
tur: q2 rōne eēntialis significatiōis nihil dr̄ vni⁹ equo/
cū vt̄ anolo⁹: sꝫ rōne accn̄talis. Ad boetiū ēt dr̄ ꝙ nō sū/
psit ibi vocē ꝓpe: sꝫ large ꝓ oī sono ab ore alīs ꝓlato: vt̄
dicere voluit ꝙ aliqua ē vox nō signans ad placitū nec
nāliter significatōe accn̄tali vt bu. ba. qδ est vꝫm: sꝫ nul
la ē vox que nō significet nāliter significatōe essentiali.
Dubiūꝫ ¶ Dubium occurrit circa p̄dicta. vn̄ ꝯsurgit diuersitas
vocis ab eodē. Dicit̄ ꝙ ab eodē sonante pōt consurgere
p̄ diuersitas soni tripl̄r: Pri⁹ ex diuersitate ꝑcutiētis. vn̄
eadē cāpana aliter sonat ꝑcussa ligno: ⁊ alr̄ ꝑcussa ferro.
2 2⁹ ex diuersitate sue dispōnis. nā idē corpus aliter sonat
3 planū ⁊ alr̄ ꝯcauū. 3⁹ ex diuersitate aeris ꝑcussi: q2 nō idē
sonus fieret ī eodē aere mō dēso ⁊ postea raro: nec in eo/
dē raro fortiter ⁊ debiliter percusso. ¶ Ex his seqtur
p̄. vn̄ ꝓuenit diuersitas vocis ab eodē p̄ ex diuersitate im/
petus ī cāna pulmonis. hn̄s. n. maiorē īpetū vna vice q̄
alia diuersos sonos ꝓducit s̄m intentōem ⁊ remissionē.
2 ¶ 2⁹ ex diuersitate sue dispōnis vn̄ cāna pulmonis nō
semꝑ ē equalis dispōnis: iō ex ea nō semꝑ equalis sonus
3 cātur. ¶ 3⁹ ex diuersitate aeris ꝑcussi eo ꝙ nō sēꝑ eq̄l̄r
frangit̄ aer in cana pulmonis. Et hinc ē ꝙ nulli duo hn̄t
oīo ꝯsil'em vocē: q2 nō hn̄t canā pulmonis ⁊ guttur quā
titatiue ⁊ qualitatiue pūctaliter ⁊ ꝯsilr̄ disposita: sꝫ aliter
⁊ aliter secundum diuersā mixtionē ⁊ proportionē qua
litatum primarum. Capl̄m. XVIII.

T. c. 92. p̄ᵐ **Odor est** tertiū sensibile ꝓpriū qδ
ēt ꝑ mediū extraneū sic
color ⁊ son⁹ multiplicat̄. de cuius multi
plicatione ⁊ imutatōe dicturus. ¶ No
tandum p̄. s̄m albertū in libro de aīali
bus ⁊ in suo de aīa. ꝙ cerebrū humanū
cuiuslibet alteri⁹ aīalis in tribus ꝓpor/
tionalr̄ excedit. p̄ in magnitudine: eo ꝙ ꝓportionabilr̄
ē maius: qδ pꝫ experientia anotomistaꝝ: ⁊ rōne: q2 hꝫ plu/
res ⁊ maiores opatiōes. 2⁹ in frigiditate ⁊ humiditate: 2
qδ ōndit̄ a signo: q2 hō plus dormit ceteris aīalibus. 3⁹ 3
in ꝓpinquitate: q2 odoratus hoīs ē ꝓpinquior cerebro
q̄ odoratus alioꝝ aīaliū. eo ꝙ vultus hoīs minoris lon
gitudinis est ⁊ partes ei⁹ minus distant a cerebro. Ex
his ꝯcludit organū odoratus hoīs inter cetera aīalia
eē magis indispositū: q2 est magis ꝓpinquū cerebro. Et
ex h̄ est magis frigidū ⁊ humidū: rōne cuius vie ꝑ quas
dꝫ odor multiplicari sūt stricte. Q̄obrē hō non bn̄ sentit
odores. ¶ 2⁹ notādū. ꝙ bruta aliquas drīas odoris sen 2ᵐ
tiūt q̄ sūt hoī ignote: pꝫ p̄ de cane repiente furē ꝑ odora/
tum sentiente in loco furti odorem furationis quē odo
rem sequitur vsqꝫ quo furem reperit cognoscens illum
odorem esse illius hominis ⁊ non alterius. 2⁹ de ca/ 2
ne venatico īgrente ceruū vulneratū nō mittētē san/
guinē ꝑ loca: ⁊ eodē alios ceruos nō inquirente: cū sint
ꝓpinquiores: ⁊ in eadē via: ⁊ h̄ solū: q2 odorē vulneris sen
tit: qδ hō nō posset sentire sic nec odorē furis. 3⁹ de ca/ 3
ne repiente dn̄m suū in tenebris immixtū in alijs hoī
bus. vn̄. q2 hoīes sunt diuersaꝝ cōplexio⁹ ab ipis euapo
rāt diuersi fumi odorabiles ꝓpter quā diuersitatem co
gnoscit canis dn̄m suū. 4⁹ de oībus aīalib⁹ cōiter ō lō 4
ge querētibus nutrimētū per solum odoratū: quod ho/
mines non possent sentire.

His visis pono quatuor ꝯclusiōes Ari. 2⁹ de aīa. p̄ ꝯ
quaꝝ pma ē ista. sensū odorat⁹ multis T. c. 92.
aīalibus habem⁹ peiorē. ꝓbat̄. nā cū instr̄m sensus dēat
eē ꝓportionatū suo obō sicut odor cātur ex calido ⁊ sic/
co ita ad bonitatē instr̄i odorat⁹ reqrit̄ victoria calidi ⁊
sicci: sed h̄ impedit̄ ex frigiditate ⁊ humiditate cerebri
magis in homine q̄ in alijs vt patuit. ḡ. vn̄ inqt phs hō T. c. 93.
ꝯpatur ad odores sicut hn̄tes oculos duros ad colores
remissos: vt sunt pisces ⁊ locuste nō ꝑcipiētes colores re
missos ꝓpter terrestreitatem ⁊ duriciē oculoꝝ: sꝫ solū in
tensos. aut cū leti⁹ si fuerit nō terrentes: ita hō ꝓpter de/
bilitatē sensus olfatus nō ꝑcipit odorādo odores remis
sos: sꝫ solū intēsos cū delectatōe si fuerint ꝯuenietes: aut
cū tristicia si fuerint discōuenietes. Notanter dic̄ phs
multis aīalibus: q2 aliqua aīalia ꝓpter alia īpedimenta
non ita bene odorāt vt homo. ¶ 2⁹ ꝯ. drīe odorū cogno 2⁹ ꝯ
scunt̄ ex drījs sapoꝝ. ꝓbat̄. sensus odorat⁹ cognoscit̄ per
sensū gust⁹. ergo odores cognoscūt̄ ꝑ sapores. pꝫ ꝯn̄a: q2 T. c. 94
talis ē ꝓportio inter oba qualis ē inter potētias. an̄s ar/
guit̄. nā ex quo odoratus ē ignotus dꝫ cognosci ꝑ illū qδ
ē notū. mō gustus ē notissimus sicut tactus: q2 gustus est
qdā tactus: in tactu. n. excedim⁹ oīa aīalia. ¶ Ex ista cō T. c. 94
clusione infert Ari. correlarie ꝙ sola bonitas tact⁹ argu
it bonitatē inte⁹. eo ꝙ ī oībus alijs sensibus excedimur
ab alijs aīalibus: nā molles quidē carne aptos mēte eē
dicimus: vbi vult commentator hanc ꝯn̄am esse bonā. Cō. 94.
iste hō habet mollē carnē. ergo est bone discretōis ⁊ bo
ni intellectus: ⁊ econtra. ¶ 3⁹ ꝯ. spēs ⁊ drīe odoꝝ deno/ 3⁹ ꝯ
minationē sumūt a speciebus ⁊ drījs sapoꝝ. Ista ꝯ pꝫ ī T. c. 95.
ductiue: q2 sicut sapoꝝ qdā dr̄ dulcis ⁊ quidā amar⁹: qdā
acutus ⁊ qdā pontic⁹. Ita odores ꝯsilr̄ denominantur: ⁊
cā: q2 sapores sunt noti ⁊ odores ignoti. nō tn̄ ex hoc est
ꝯcludēdum ꝙ oīs sapor dulcis hꝫ odorē dulcē ⁊ omnis
sapor amar⁹ hꝫ odorē amaꝝ. vn̄ si tēpamenta odorū ⁊
sapoꝝ erūt inuicē debite ꝓportiōata recipiet eādē deno
minatōem: si aūt disproportionabunt̄ stabit saporē esse
dulcē ⁊ odorē amaꝝ ⁊ ecōtra. ¶ 4⁹ ꝯ. tā odorabile q̄ in/ 4⁹ ꝯ
odorabile ē ab odoratu perceptibile. probat̄. visum ꝑci/ T. c. 99.
pit visibile. ⁊ inuisibile. s. lumē ⁊ tenebrā. audit⁹ ꝑcipit so/
nabile ⁊ insonabile. s. sonū ⁊ silen⁹. ergo per idē odorat⁹

odorabile ꝛ inodorabile.pꝫ ꝯña:ꝛ añs ē notum.eo ꝙ op
po^a habent fieri circa idem:ꝛ ꝑ positiuū cognoscitur pri
uatiuum.eadem.n.potentia cognoscit per se positiuuꝫ ꝛ
ꝑ accidens priuatiuum.

p^m **Contra** predicta arguitur.ꝛ p̄.ꝙ homo non sit peio
ris olfatus iter cetera aialia:qꝛ totum atte
statur parti:sed homo est melioꝛ ꝛ perfectioꝛ ceteris aia
libus.ergo quelibet pars hoīs qualibet ꝑte alioꝝ aialiū
ē ꝑfectioꝛ ꝛ melioꝛ.h^9 opi.vĩ fuisse Ari.in libro de sensu
ꝛ sensato di.ꝙ hō inter cetera aialia hꝫ sensum odorotus
maioris discretiōis.ꝯmētatoꝛ v̄o ibidē dicit.ꝙ hō sentit
odores floꝝ:ꝛ brutū non sentit nisi odores ꝯiunctos cuꝫ
z^m nutrimēto.❡ z^o arguit̄.ꝙ odores sint notiores saporib^9
T.c.4. qꝛ sunt perfectiores illis.ḡ.pꝫ ꝯña ꝑ illud pħi z^o me^cx si
cut se habet res ad esse sic se hꝫ ad cognosci.añs declara
tur.nā odoꝛ ꝯsistit in calido ꝛ sapoꝛ in humido ſm pħm
in libro de sensu ꝛ sensato.mō caliditas est perfectioꝛ hu
Cō.77. midi^te:vñ ꝯmētatoꝛ z^o de aīa dicit ꝙ Ari.tractat de sen
sibus ꝓprijs ſꝫ nobilitatē sensuū:ꝛ nō ſm necessitateꝫ ꝛ
ordinem nature.mō prius determinat de odore q̄ȝ de sa
3^m pore.❡ 3° arguit̄.ꝙ hō nō habet meliorē gustū ꝛ tactuꝫ
q̄ȝ alia aialia:qꝛ tactus ꝛ gustus sunt de nã terre ſm pħꝫ
in libro de sensu ꝛ sensato.ergo illa hñt meliorē sensum
gustus ꝛ tactus:in quibus dominatur magis terra: sed in
brutis magis dominatur terra q̄ȝ in hoībus quo ad sen
suꝫ gustus ꝛ tact^9:qꝛ hñt carnes duriores ꝛ densiores.ḡ.
4^m ❡ 4° arguit̄.ꝙ bonitas tactus nō facit ad bonitatē itc^9:
qꝛ tactus min^9 deseruit intellectui q̄ȝ alij sensus.añs pꝫ:
T.c.iii. qꝛ tactus materialioꝛ ē alijs sensibus.per Aris.z^o de aīa.
T.c.4. ꝛ inte^9 ē imālis.3° de aīa.Itē seq̄t̄ ꝙ mulieres sūt prudē
19.20. tiores ꝛ melioris ingenij q̄ȝ viri.ꝛ pueri q̄ȝ senes.ꝯñs est
contra pħm ꝑ politi.dicentem ꝙ puer habet ꝯsi^m impfe
ctū.femina inualidū:ꝛ pꝫ ꝯña:qꝛ hñt carnem molliorez.

Ad p^m **Ad primuꝫ** dicitur ꝙ olfatus hominis melioꝛ
ꝛ perfectioꝛ est q̄ȝ olfatus alterius
aialis ꝯꝑando ipm ad aīam:ſꝫ ꝯparādo ipm ad organuꝫ
melioꝛ ꝛ perfectioꝛ est in alijs animalibus q̄ȝ i homine:
eo ꝙ orga^m alterius animalis est melius dispositū ꝛ ma
Inō sen: gis susceptiuum odoꝝ.Et ad pħm dr̄.ꝙ intendit hoīem
ꝛ sē^to. habere olfatum maioris ingenij.Ad ꝯmētatorem v̄o di
citur.ꝙ canes sentiūt odores floꝝ:sed non cum delecta
tione:sicut.n.vidēt oēs colores:sed nō delectātur nisi in
coloribus cūiunctis cum nutrimēto:vñ qꝛ flores nō sūt
nutrimenta canū:ideo non sentiunt odores illoꝝ dele
Ad z^m ctabiliter.ꝛ h̄ fuit intentio ꝯmentatoris.❡ Ad z^m dr̄.ꝙ
h̄ ꝓpositio.odores sūt notiores saporibus.potest dupli
citer itelligi.p̄ ꝙ odores sūt prius noti saporibus.ꝛ hoc
concedo tam quo ad nos q̄ȝ quo ad nãꝫ.z^o ꝙ odores sūt
magis noti saporibus:ꝛ hoc non est verum quo ad nos:
ſꝫ ad auctoritatē ꝙ perfectiora sunt magis nota quo ad
nãm:ſꝫ nō gnāliter quo ad nos.Dico ego ꝙ cognoscim^9
saporē in cōi ꝑ odoreꝫ:drĩas vero odoꝝ cognoscim^9 per
Ad 3^m differentias sapoꝝ.❡ Ad 3^m negat̄ ꝯña:ſꝫ solum sequi
tur ꝙ illa habent meliorē tactum ꝛ gustum in quib^9 ter
ra drīat̄.ſm meliorē ꝛ ꝑfectioreꝫ ꝓportionē ei^9.mō i ho
mine sic dominatur:ꝛ dr̄ tactus hominis melioꝛ:qꝛ plu
res drĩas cognoscit qualitatū tangibilium ꝛ ob maiorē
Ad 4^m distantiam.❡ Ad 4^m dr̄.ꝙ bonitas tactus arguit boni
tatem intellectus:nam qꝛ sensus tactus est materialioꝛ
alijs ꝛ est fundamentuꝫ omniuꝫ aliorum sensuum:habē
tes hunc sensum bonum habent corp^9 bñ dispo^m:quare
sicut opa artis facilius liberius ꝛ meli^9 exercitāt̄ ꝑ orga
na bñ disposita:ꝛ bene ꝓportionata ipi arti.sic opa aīe
meli^9 fiūt corꝑe bñ disposito:ꝛ meli^9 ꝓportionato illi.
Et ad ꝯfirmationem dicitur.ꝙ mollicies pōt prouenire
ex bona complexione:aut ex abundantia flegmatl.pri
mo modo arguit bonitatem inte^9:sed nō z^m.pueri aūt
ꝛ mulieres habent mollicié ꝓuenientē ex abūdātia fleg
matis:q̄ non iuuat:ſꝫ ipedit intellectū.❡ Intelli^m ꝙ ꝗ Inte^m
libet sensus deseruit intellectui ꝛ facit ad bonitatē intel
lectus:sed solū tactus arguit bonitatē intellectus.nam
a'igs hꝫ bonū visum ꝛ bonū auditū:ꝛ tñ est mali ingenij:
ꝛ ecōtra:ꝛ idē dr̄ de gustu:ꝛ odoratu:sed nemo habet bo
num tactū nisi sit boni ingenij:ꝛ econtra.sicut.n.manus
est instrumētū generale ꝛ pro quanto concurrit cum pē
na securi ꝛ malleo.ꝛ instrumētū spāle ꝓ quāto ꝑ illā im
mediate fit vesti^9 comestio ꝛ bibitio.ita tactus ē organū
generale pro quanto necessario ꝯcurrit cum oībus alijs
sensibus ad sciam intellectus:ꝛ est orga^m spāle ꝓ quanto
offert illi species tāgibilium qualitatū.nec sequitur.vi
sus plures differentias rerum ostendit intellectui q̄ȝ ta
ctus.ergo plus sibi seruit:sed bene sequitur.plus sibi
seruit vt est organuꝫ speciale.❡ Itē notandū ꝙ ad sciē
tiam hitam ꝑ inuentioneꝫ magis deseruit intellectui vi
sus q̄ȝ auditus:qꝛ plures differentias rerum ostēdit:sed
ad sciam hitam per doctrinā magis deseruit intellectui
auditus q̄ȝ visus:quoniam melius docetur aliquis ꝑ au
ditū q̄ȝ ꝑ visum.Iō Arist.p̄ metha.vocat auditum sen in ph.
sum discipline.potest tamē absolute dici ꝙ ad simplicē
intellectōem magis deseruit intellectui visus q̄ȝ audit^9:
qꝛ pl'a ondit:tñ ad sciētiā magis deseruit auditus:qꝛ ꝑ
auditū acquirit homo demonstratiōes ꝛ habitus scien
tificos:quare ꝛc. Capl'm. XIX.

De multiplicatione odoris ī me^o ꝛ
in sensu est ꝯiter dicendū.❡ Ubi p̄mo p^m
notāduꝫ ſm pħm z^o de anima.ꝛ in libro T.c.100
de sēsu ꝛ sensato.ꝙ sicut sapoꝛ ē passio hu
midi:ita odoꝛ ē passio sicci.nā ad gnātio
nē vtriusq̄ꝫ concurrunt tria p̄ncipaliter.
.s.caliduꝫ humidum ꝛ siccum.calidum se habet cōtinue
actiue in generatione vtriusq̄ꝫ ꝛ nō subiectiue:sed humi
dum ꝛ siccum confluunt actiue ad generationem sapoꝝ
sic ꝙ siccum solum actiue:humidum auteꝫ actiue ꝛ sub
iectiue.Et ex h̄ dicitur saporem fundari in humido tan
q̄ȝ i subiecto:ad generationem autem odorum iteruꝫ cō
ueniunt actiue humidum ꝛ siccum.humiduꝫ so^m actiue.
ꝛ siccum actiue ꝛ subiectiue:ꝛ ex hoc dicit pħs ꝙ odoꝛ ē T.c.100
passio sicci.i.fundat̄ in sicco.vñ sicut sapoꝛ nō reperitur
in pure humido.ita nec odoꝛ in pure sicco:sed ambo so^m
reꝑiūtur in mixtis.aut in elementis extra nãlem dispō
nem ad nãm mixtoꝝ redactis.❡ z^o notandū.ꝙ aliqua z^m
animalia non indigent respiratione nec vt odorent nec
vt bñ odorēt:vt aialia carentia sanguine ꝛ pulmone.ali
qua vero indigent respiratione non simpl'r vt odorent:
ſꝫ vt bene odorēt:vt aialia gradien^9 alia ab hoīe.aliqua
v̄o indigent respiratione tam vt odorent q̄ȝ vt bene odo
rēt vt hoīes:ꝛ hoc voluit intelligere pħs z^o de anima di. T.c.98.
ꝙ odorare ꝑ respirationē ē proprium hoī.Unde hō iter 7.99.
cetera animalia magis habet strictas ꝛ clausas vias odo
ris multiplicabilis:qꝛ habet proportionaliter de frigidi
tate ꝛ humiditate cerebri:ꝛ qꝛ magis prope cerebrū or
ganū olfatus situat̄.❡ Ex isto fundamēto soluunt̄ duo
ꝓblemmata.Primum quare homines symi peius odo
rant ꝛ vt plurimum habent anhelitum fetidum.Dicen p^m
dum ꝙ habent certos meatus per quos debet multipli
cari odoꝛ magis strictos ꝛ densos:nec ita leuiter sicut in
alijs aperiuntur per respirationem vie olfatiue.ob quā
causam sicut cum difficultate respirant:ita cum difficul
tate expirāt:ꝛ iō remanet aer itrinsecus inclusus:in alijs

meatib⁹ ppe cerebrū ⁊ putrefit. cū aūt emittāt illū rōne
2^m putredis fetiduz expirāt. ⁋ 2^m pbleuma. q̄re aīalia tpe
pluuiali min⁹ odores percipiāt q̄ tpe calido ⁊ sicco cete-
ris paribus. dōm q̄ tēpore pluuie aer humectat ⁊ hume-
ctatus trahit per nares: ⁊ sīr organuz olfatiuū ingrossa
tur ⁊ indisponit: ppter quaz cām canes min⁹ apti sunt ad
venationes tpe pluuioso q̄ tēpore sicco.


p^a ? **His premissis** sit hec pma cōclusio. aer ⁊ aqua sunt media odoris ⁊ odoratus.
T.c.97. Istaz cōclusionē pbat phus. 2. de aīa. sic. illa sunt media
odoris ⁊ odoratus per que odor multiplicat: sed p aerez
⁊ aquā odor multiplicat. g. maior est nota. ⁊ mior decla-
ratur. nā pisces tā hābētes q̄ nō habētes sanguinē vide
mus odorare: ⁊ p odorez sumere nutrimētū. volatilia ēt
odorāt: qd ostēdit distātia per quā veniunt ad nutrimē-
tuz: vt pz de volucribus de vulturib⁹ multis diebus ad
Cō.97. cadauera cōcurrētibus. cōmētator dicit q̄ sicut aer sm q̄
aer: aut aqua sm q̄ aqua nō est mediū in visione: sz put
pticipat nām cōem dyaphanitatis: ita nullū illoz sm q̄
hō ē mediū in recipiēdo odorez: sz rōne alicui⁹ nāe cōis
ambobus que sm q̄ huiusmodi recipit odores: verū est
tamē q̄ hec natura est innominata: ⁊ sicut dyaphanitas
nullum habet colorez: ita h natura cōmunis inquit nul-
2^a ? lum habet odorem. ⁋ 2^a cōclusio. lz tā respirātia q̄ nō
T.c.99. respirātia habeāt olfatū: tn̄ p illū diuersimode sentiunt
odores. pmaz partē hui⁹ cōclonis pbat Arist. 2. de aīa di.
T.c.99. q̄ sentiūt idē odorabile: ⁊ ab eodē odorabili corrūpunt
⁋ Scdaz etiā partē pbat ibidē sic. Respirātia sentiūt
respirādo ⁊ attrahēdo aerem. nō respirātia aūt odorant
nō attrahēdo aerē vnde diuersitas in modo respirandi
nō est ex diuersitate sensus: sz ex diuersa dispositiōe or-
gani: organum enim olfatus in homine differt ab orga-
nis aliorum animalium: sicut etiam oculi hominum dif
T.c.100 ferunt ab oculis duris quorundam animaliuz. oculi ho
minum habent quoddaz fragma. idest panniculum ad
cooperiendum. s. palpebras. vnde homo nō potest vide-
re nisi quodam motu palpebre retrahantur. quod non
accidit in animalibus habētibus oculos duros: sed sta-
tim vident ea quorum species fiunt in dyaphano: ita in
animalibus nō respirantibus super organum est quod-
dam cooperculum: quod oportet aperiri ampliatis po-
ris per respirationem: ⁊ ideo animalia respirantia non
odorant in aqua: quia oportet q̄ patiantur odorē respi-
3^a ? rando: quod nō potest fieri in aqua. ⁋ Tertia cōclusio.
odor realis multiplicatur in aere euaporabiliter ⁊ sub-
Cō.97. iectiue. primam partem probat Auicē. 6. naturalium du
plici signo. primo: quia odores non sentiuntur flante vē
2 to. secundo quia poma mittendo odorem desiccantur:
⁊ hoc intelligit philosophus libro de sensu ⁊ sensato. di-
cens. q̄ odor est fumalis euaporatio. secunda vero pars
sic declaratur. aliquando ad magnam distantiam senti-
untur odores in iuuamento vel in nocumento cerebri:
sed hoc non posset esse per solam multiplicationem intē
tionalez: quia similitudo odoris non prodest nec nocet
olfatui: sicut nec similitudo coloris visui: nec etiam per
fumalem euaporationem. tum quia non potuissent ita
cito fumi ad illam distantiā venire: tum quia fumi ascē
dunt: quia sunt de natura ignis vel aeris: ⁊ paruz latera-
liter mouentur. oportet ergo q̄ ista multiplicatio facta
fuerit per continuam generationem realis odoris in ae
re subiectiue vsq̄ ad contactum cerebri vel odoratus.
4^a ? ⁋ Quarta cōclusio. odor realis est multiplicabilis vs-
q̄ ad olfatum: sed nō de necessitate ad immutationem.
prima pars est Aristote. in libro de sensu ⁊ sensato. di. q̄
odores conferunt sanitatem cerebro. ⁊ patet ratione: q̄
comedens allium alterum comedentez allium nō sen-
tit per odoratum: sed non comedens vtrunq̄ sentit. se-
cunda vero pars est commentatoris. secundo de anima Cō.97.
dicentis. q̄ volucres senserunt cadauera tempore belli
troyanorum per quingenta miliaria: quod esse non po-
tuit per odorem realez: quia si illa corpora fuissent reso-
luta in ignem nō potuissent ad tantam distanciam mul
tiplicari realiter. ergo per odorem intentionalem: quo-
niam ad maiorem distantiaz multiplicatur q̄ odor rea-
lis. dicenduz ergo q̄ olfatus potest immutari per fuma
lem euaporationem: sed hoc non est necessarium. primo
quia in aqua non est huiusmodi euaporatio. secundo q̄
aliqua corpora centum annis redolent multum intense
sine notabili deperditione ipsorum. potest etiam immu
tari per odorem realem in medio subiectiue: sed necessa-
rio non oportet talem odorem attingere olfatum. odo-
rem autem intentionalem necesse est concurrere tam
in medio q̄ in organo.

Contra pdicta ar. ⁊ p̊. q̄ odor nō est subiue in sicco p^m
auctē Arist. in lib. de sensu ⁊ sensato. dicen- Cō.97.
tis q̄ metalla min⁹ odorabilia sūt quāto in eis plus exu
ritur humidū: ita q̄ exusto totali humido nō redolēt. ex
quo sequit humidū ⁊ nō siccū esse subm odor: ⁊ hoc pōt
experimētaliter pbari de florib⁹: q̄ tpe estiuo magis re-
dolent mane ⁊ sero q̄ in meridie qn̄ est maior siccitas.
⁋ 2° arguit q̄ odor nō possit euaporabiliter multiplica 2^m
ri p rōnez cōmētatoris. 2. de aīa. di. seq̄ duo corpora esse
sil' aut maius corpus cedere minori p magnā distātiam.
cōns est falsuz. ⁊ pbat cōnā. nā qn̄ fumalis enaporatio re-
cedit a corpore odorifero aut cedit sibi aer aut nō. si nō
g corpa se penetrāt. si sic. g maius corp⁹ cedit minori per
magnā distātiam. ⁋ Tertio arguitur. q̄ odor realis nō 3^m
multiplicatur in aere subiectiue. q̄ aer non recipit colo
rem subiectiue. ergo nec pariformiter odorem: ⁊ hec vi-
detur fuisse intentio cōmentatoris. 2° de aīa. di. q̄ q̄lita- Cō.97.
tes secūde non possunt esse in elementis. ⁊ q̄ nullibi est
odor vbi nō est sapor: sed in aere nō est sapor. g. ⁋ Quar 4^m
to arguit. q̄ odor realis nō multiplicat per organū nec
intētionalis per mediū. p^m pz. q̄ tūc sensibile positum su T.c.73.
pra sensum sentiret: qd est ꝯ phm. 2. de aīa. 2^m aūt sic de- ⁊.88.
claratur. post remotionez odorabilis manet odor in me
dio: sed hoc nō esset si haberet esse intētiōale in medio.
g ⁊c. maior pz. remoto pomo de archa cui⁹ aer adhuc re-
dolet. minor vero est nota. eo q̄ color intētionalis nūq̄
manet remoto corpore colorato. Ad p^m

Ad primuz est dōm. q̄ deficiente hūido deficit odor: non tn̄ cōsistit in hūido subiue:
sed solū miscibiliter. Et ad experiētiā de floribus respō
detur. q̄ in meridie ē magna resolutio fumositatū odo-
rabilium ppter intensaz caliditatē. mane aūt ⁊ vespere
nō est tāta resolutio. imo cōdensatio poroꝝ: ⁊ sīr odor Ad 2^m
maiorez virtutē habet imutandi olfatuz. ⁋ Ad secūdū
dicitur. q̄ nō sequitur aliqd illoruz. naz fumalis euapo-
ratio imiscetur aeri sicut vinum aque: vel econtra. ⁊ nō
est penetratio nec maius corpus cedit miori: sz solū aliq̄
particule aeris cōtingentes fumositates euaporabiles Ad 3^m
condēsantur. ⁋ Ad tertium negatur cōsequētia. ⁊ hoc p-
pter materialitatē coloris. vnde sicut non potest audiri
sonabile nisi pducat sonuz realem in medio subiectiue
nec potest videri corpus luminosum nisi multiplicet lu
men in aere subiectiue: ita nō pōt sentiri odorabile nisi
odorē realē pducat in medio: mediāte q̊ imutet odora-
tū. ⁊ hō odor medij ē q̄litas pmanēs: successiue tn̄ multi Cō.97.
plicat. Et ad cōmētatorē dico q̄ illud est verū in elemē-
tis existentibus in naturali dispositione: sed extra natu-
ralez dispositionem recipiunt hō qualitates. aqua nāq̄
est dulcis ⁊ aer redolet: ⁊ sīr cōcedo q̄ nunq̄ reperitur

odoꝛ sine sapoꝛe nec econtra. potest tamē percipi vnum sine alio: vt sapoꝛ aque sine odoꝛe: qꝛ ibi est paꝝ de sicco igneo. ꝛ odoꝛ aeris sine sapoꝛe: quia ibi parum est de hu mido aqueo. ꝙ. ¶ Ad 4ᵐ ꝯcedo. ꝙ sensibile positum su
Ad 4ᵐ pra sensuꝫ sentiꝭ nō ꝭꝫ ꝑtē tangētē sensuꝫ: ſꝫ ꝭꝫ ꝑtē remo tā. nec ē h̄ veꝝ de sensibili originario: ſꝫ solū fluente. vn̄ sonabile nō ꝑcipiꝭ ab auditu si ponereꝭ supra eū: sed hn̄ son⁹: silr nec corp⁹ luminosuꝫ videreꝭ ab oculo positum supra ipsum: ſꝫ bene lumē ꝛ ꝓportiōabilr dicaꝭ de odo re ꝛ odoꝛabili reᵘ odoꝛat⁹. Ex ꝑdictis seqꝭ. ꝙ nō ē tenē dus cōmētatoꝛ. z. de aīa. negās fumalē euapoꝛationē. nā
Cō. 97. q̄dā coꝛpa odoꝛifera post lōgā odoꝛiferā odoꝛationē in crispāter ꝛ decrescūt: qđ nō eēt nisi ꝙ ab hꝫ coꝛpib⁹ resol uereꝭ fumi ꝛ vapoꝛes. aliq̄ ēt sūt q̄ꝝ odoꝛ nō sentiꝭ ni si ad ignē: ꝛ h̄ est signū resolonis fumoꝝ. nō ē ēt tenēdus in eo ꝙ nō ponit odoꝛē ꝛ sapoꝛē in elr̄is: qm̄ dulcedo est in aq̄ ꝛ odoꝛ in aere vt dcm̄ ē. q̄re ꝛc̄. Caplm̄ XX.

Sapoꝛ est vnū sensibiliuꝫ ꝓprioꝝ qđ ꝑ mediū itraneū sen
